



# Elementa arithmetices. : Algorithmus de numeris integris,


<https://hdl.handle.net/1874/400648>

# ELEMEN TA ARITHMETICES

ALGORITHMVS DB  
*numeris integris auctore*  
Georgio Peurbachio.  
DE NUMERIS FRACTIS,  
*Regulis communibus, &*  
*Proporcionibus.*

Cum præfatione Philippi  
Melanchthonis.

M. D. XXXIII.



ALBERTVS

Hic muneris constat rerum pulcherrimus ordo  
Quem nisi per numeros cernere nemo potest.  
Si iuuat ergo uices naturæ noscere miras  
Prima sit hec numeros discere cura tibi

MODESTISSIMO ADOLESCEN  
TI IVSTO IONÆ FILIO D.  
DOCTORIS IONÆ PHI-  
LIPPVS MELANCH  
THON.  
S. D.

CVM VIDEAM TE HONESTISSIMO  
consilio patris tui uiri optimi ac mihi ami-  
ciissimi, ad literas adhibitum esse, & singu-  
lari diligentia institui, duxi hunc libellum inscrip-  
tione nominis tui edendum esse, & ut ostenderem  
mibi consilium tui patris in te instituendo magnō-  
perc probari, & ut adhortarer cum te, tum cæte-  
ros adolescentes ad hanc Philosophiæ partem, cui  
us in hoc libello traduntur elementa summo studio  
cognoscendam atq; colendam. Editur enim hic  
libellus ut cæteris studiosis tecum communis sit  
Quanta auten sit & dignitas, & utilitas Arith-  
metices, non solum indicant testimonia doctorum  
hominum, sed etiam declarat quotidianus uitæ  
usus, in quo res loquitur ipsa non posse homines nu-  
merandi scientia carere. Sed studiosi considera-  
re debent non solum quam utilitatem indoctis ar-  
tes afferant, sed etiam quem locum teneant, &  
quem habeant usum apud eos qui ad perfectam

doctrinam aspirant. Merito autem plurimi facienda est Arithmeticā, quia una patefacit aditum ad prestatissimā philosophiā partem, uidelicet ad cognitionem celestium corporum ac motuum. Estq; Χρυσωγός adeo commoda ut ipsa percep ta reliquae artes sint facilimae ac prorsus obuiæ Econtra uero hac destituti uelut & μνήσι ab alijs artibus procul arcemur & excludimur. Quare cum Arithmeticam discitis, eadem opera cogitabis, uos maximam partem aliarum artium percipere. Illi uero plusquam frigidus fuerit circū p̄ recordia sanguis, quē hēc ingens utilitas non inuitauerit ad hanc artem descendā, quæ quidem quia maxime cognata est naturæ hominis, facilimè percipitur, si accedat mediocris exercitatio. Manus inquit ille causa est sapientiæ, significans artes non posse integre cognosci, nisi manus præcepta imitetur atq; exerceat. Quod cum in alijs artibus ita sit, tum uero præcipue Arithmetica magnam exercitationem requirit. Ideo me mineritis adolescentes usum ad præcepta adiungendum esse. Tu uero carissime Iona hunc libellum accipe ἐν παραδίπλῳ, & cogites hanc artem tibi etiam à teneris inchoandam atq; exercendam esse, ut prepares te ad maximarum rerum doctrinam, ad quam natura te duci iudicamus.

mus. Indoles enim tua perspici potest iam in pri-  
mis studijs, & multa sunt signa, quandam in te pa-  
terni ingenij similitudinem propagatam esse. Quā-  
tum autem ingenio ualeat pater, ipsius in oratio-  
ne splendor egregius, & felicissima copia indi-  
cant. Quem tu quidem tibi propones imitandum  
atq; effigendum omni studio, tibiq; hanc Isocra-  
tis sententiam animo infiges. Ηγου δὲ μηδενι  
Τῷρ ἀθλητῷρ οὔτω προσήκερ ἐτί τονέ ἀν-  
ταγωνισας ἀσκερ δέ σοι σκοπέρ, οὐ πως  
ἐφάνιλλο γενήση τοῖς τὰ πατρός ἐπιτίκ-  
ειν μαστιμ. Bene Vale mense Iunio.

OPVS CVLVM MAGISTRI

GEORGII PEVRBA-

CHII DOCTISSI-

MI.

**N**VMERI PROPOSITI REPRESEN-  
tationem cognoscere. Numerum Mathe-  
matici tripartiuntur. Quendam enim uo-  
cant digitum, qui minor est denario. alium uero  
articulum, qui in decem partes aequales secari po-  
test, nullo superstite. Alium quoq; numerum com-  
positum, qui ex digito et articulo constat. Unitas  
autem non est numerus, sed principium numeri.  
Vnde ipsa habet se in Arithmeticā ad numerum  
sicut punctum in Geometria ad magnitudinem. In  
hac autem scientia sinistrorum agi solet more  
Arabum, qui ipsius primi extiterunt inuentores.  
Quaelibet. n. figura in primo loco uersus dextram  
posita significat figuram primariam ipsius imposi-  
tionis. In secundo uocatur decies tantum, quan-  
tum in primo. In tertio centies tantum. In quar-  
to millesies tantum et sic consequenter. Quare ob-  
seruare coenit, ut semper supra quartā figuram  
punctus ponatur, qui millenarium notabit, deinde  
iterum supra quartam aliis punctus, donec ad fi-  
nem perueniatur. Quo facto clarebit cuiuslibet fi-  
gure

## ALGORITHMVS.

guræ representatio exprimendo enim cuiuscunq;  
figure representationem tot milcenarios nomina-  
bimus, quot sunt puncta inter eandem figuram &  
primam inclusue.

## DE ADDITIONE.

In unum addere numeros plurcs. Ordines  
eorum taliter scribe, quod omnes prime sese re-  
spiciant atq; omnes secundæ respiciant & sic de-  
ceps, quibus ita ordinatis trahē sub eis lineam, &  
incipe operari à dextra parte, sibi coniungendo  
omnes primas. Vel igitur ex tali coniunctione  
primarum excrescit digitus, uel articulus uel nu-  
merus compositus. Si digitus, scribe talem digitum  
inferius sub linea in directo primarum. Si uero  
articulus, scribe in loco directo cifram, & digi-  
tum à quo talis articulus, denominatur, post  
iunge cum secundis figuris. Si uero nume-  
rus compositus scribe digitum qui est pars talis  
compositi infra lineam directe & digitum à quo  
denominatur articulus talis adde cum secundis  
figuris, iunctis itaq; primis, eodem modo iunge si-  
bi secundas, hoc ob' eruato si uigitum aliquem ex

PEVRBACHII.

additione printarum loco articuli mente teneas  
(ut dixi) cum secundis iunge, expeditis secundis  
ad tertias procede, deinde ad quartas & sic con-  
sequenter. Cum autem ad ultimā loca uene-  
ris non oportet amplius digitum in loco denarij  
(si fuerit) mente teneri, sed expresse ponи, eo  
quod tunc non sunt differentiae subsequentes qui-  
bus deberet addi. Et quando contingret differen-  
tias sibi iungendas, omnes esse cifras directe, nec  
ex precedentibus suisset digitus articuli in illum  
locum reseruatus, sub illis propter sequentes esset  
scribenda cifra.

Vtrum autem isto opere error commissus  
sit, an non, sic expedieris. Cuiuslibet ordinis ad-  
dendi figurās collige proīciendo nouem quotiens  
poteris, residuum uocabis probam. Acceptis au-  
tem omnibus probis numerorum addendorum sum-  
ma ipsas, abīciendo nouem iterum si possis residu-  
um tenendo, & uocabis probam primam. Dein  
de simili modo accipe probam numeri ex additio-  
ne creati, quæ si cum proba ante seruata concor-  
dauerit bene actum est. Si uero non scias erro-  
rem accidisse. Quare opus reiterandum erit.

DE

ALGORITHMVS.  
DE SUBTRACTIONE.

Vnum numerum ab alio subtrahere. Ordina subtrahendum qui aut minor, uel maxime aequalis esse debet. Ita quod debet esse sub eo à quo debet fieri subtractione taliter, quod prima sit sub prima, et secunda sub secunda et sic deinceps. Et sub his ordinibus lineam trahe. Incipeq; ab hijs operari à parte dextra. Vel itaq; prima inferioris ordinis est par sibi suprapositi uel minor ea, uel maior, si par sub linea inferius indirecto primarum scribe cifram. Si minor tunc scribe tibi illud quo superior excedit inferiorem. Si uero maior quoniam minus à minori subtracti non consuevit, accommodanda tibi in mente erit unitas à proxima figura uersus sinistram bene considerando residuum eius si quid fuerit, quæ quidem unitas respectu tuc à qua debet fieri subtractione denarium ualeat. Iuncto itaq; denario tuæ figuræ ab aggregato aufer subtrahendum et residuum inferius sub linea scribe. Si autem figura sequens à qua mutuanda erat unitas esset unitas bene considerabis in mente. Nam facta mutatione in eodem loco nihil digitorum significatiuorum ibi remanserit ideo loco eius cifram imaginari de-

A p

bcs.

## PEVRBACHII.

bes. Et si talis figura sequens esset cifra, trans-  
endum tibi ultra est, donec uenias ad figuram fig-  
nificatiuam & tibi accommodata unitate bene  
considerando residuum eius in redeundo, loco cui  
uslibet cifre pertransfēs, nouenarium imaginare.  
Et cum ueneris ad figuram à qua debet fieri sub-  
tractio, denarium sibi iunge, & à collecto subtra-  
he, et residuum inferius ut prius describe. Quo  
facto age similiter de secundo inferioris ipsam  
subtrahendo à secunda superioris ordinis. Dein-  
de tertius idem & sic consequenter ad finem. Hoc  
tamen ualde obseruabis, quod si prius in subtractio-  
ne unitatem ab aliqua mutuasti, quod iam non à  
tota, sed ab ea minus unitate hoc est à residuo  
quod antea te iussi obseruare fiat ablatio  
Vel si nouenarium loco cifre reliqueris mentali-  
ter iam à tali nouenario demas inferiorem, & si  
tibi tamen quandoq; cifra occurrat à qua debet  
fieri subtractio figuræ significatiue mutua unita-  
tem sicut dictum est antea.

Probatio si uelis examinare opus eiuslibet  
ordinis, Accipe probam ut in additione. Deinde  
collige probas ordinis subtracti & ordinis resi-  
dui. Item accipe probam numeri subtrahendi, hoc  
est

## ALGORITHMVS.

est numeri à quo debet fieri subtractio abisciendo nouem quotiens oportet , quod si collectum ex probis numeri subtracti et numeri residui inaequale fuerit probæ reliquæ errasse te scias. Si æquali diligentia adhibita concludas,bene actum esse.

## DE MEDIATIONE.

Numerum quæcunq; mediare . Eo per suas differentias scripto , lineaq; sub ipso ducta , operari incipias à parte sinistra . Vel igitur ultima differentia numeri est par uel impar . Si par , eius medietatem directe infra lineam scribe sub ipsa figura , Si impar , proximi numeri paris sub illo contenti inferius scribe medietatem , tenendo unitatem superfluam in illo loco bonæ memorie . Si tamen ultima esset unitas , eam cum penultima tanquam articulum respectu eius duceres mediandam . Eo pacto de penultima uersus dexteram procedendo . Age deinde de alijs et sic consequenter . Hoc tamen animaduertendo quod si prius unitatem aliquam superfluam mente tenuisti , eam iam tanquam articulum cum sequenti digito ( si digitus fuerit ) aut ipsam solam tanquam denarium ( si sequitur cifra ) dimidiabis . Et medietatem sub tali digito

aut

## PEVRBACHII.

aut cifra inferius scripto. Et si tibi cifra quandoq;  
occurrat apud quam prius nullus digitus superflui  
us est reseruatus, inferius scribito cifram, & si  
contingat quod in primo loco uersus dextram rea-  
periatur impar, tunc ibi oportebit loco unitatis su-  
perflue post finem numeri aliquo spacio intericto  
scribere, ut sic talis unitatis medietatem sub ipso  
proximo pari minori ( si fuerit ) eo pacto ut pri-  
us dictum est dimidiato. Si tamen prius esset uni-  
tas & apud secundam non esset superflua unitas  
reseruata, tunc sub prima inferius esset cifra scri-  
benda, & post intericto spacio medietatis unius  
signum faciendum.

Proba. Adde numeros sub regula ut in ad-  
ditione. Et dupla probam numeri inferioris & si  
proba duplicata inferioris, proba superioris ordi-  
nis in equalis sit, errasse te scias.

## DE DVPL ATIONE.

Numerum quencunq; duplare. Ipso scrip-  
to scribe cum iterum sub se sicut in additione fieri  
solet à dextra uersus sinistram, tracta linea inferi-  
us addic unum alteri, modo dicto de additione &  
factum

## ALGORITHMVS.

factum est. Si tamen haberes extra ordinem. Et pro tali duplando adderes primis prius in dextra parte unitatem. Vel si libet poteris ita facere, trahe sub numero quem duplare uelis lineam & incipe operari a dextris uel igitur in duplatione primæ surget digitus uel articulus uel numerus compositus. Si digitus, eum inferius primo loco scribe. Si articulus, inferius scribito cifram & unitatem articuli post iungas cum duplo secundæ figuræ. Si uero numerus compositus inferius scribe digitum partem talis compositi, & cum unitate articuli fac ut prius. Deinde procede ad secundam figuram, post ad tertiam, & sic ad finem bene tamen considerando si saltem prius in mente reseruata fuerit unitas, unius articuli in locum tandem cum duplato copulabis. Et si cifra tibi occurrat cifram inferius scribe, nisi prius in mente reseruasses unitatem tunc enim talen oportet loco cifræ inferius describi, probatio sicut in mediacione est.

## DE MULTIPLICATIONE.

Numerum quencunq; multiplicare. Primo te in promptu bene scire necesse est. Si saltem ap-

tus

PEVRBACHII.

tus uelis esse huic negocio discipulus. Si quid ex  
ductione singulorum digitorum nouem in coru-  
que libet producatur. Nam si illud ignoras, certi-  
to te nisi des operam ad id cognoscendum, inutilis  
eris huius rei auditor. Assueficias igitur te ipsum  
in illis nouem digitis. Primo et in paruis non est  
opus isto cum de se sit apertum, sed solum in maio-  
ribus pro cuius meliori subsidio cape regulam illa  
antiquam. Quilibet digitus in aliquem digitorum  
multiplicatus in se producit eum numerum, qui ma-  
net postquam ab articulo a minori digito denomi-  
nato, minor digitus tocens detrahatur quot sunt  
unitates a maiori digito ad denarium com-  
plendū, ut ter octo sunt triginta, demp-  
tis inde bis tribus, postquam igi-  
tur digitorum omnium mul-  
tiplicationes in prom-  
tu tenes, ad opus  
accedere  
potes.

Tabula

TABVLA PROBÆ.

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	31	32	33	34	35	36	37	38	39	40	41	42	43	44	45	46	47	48	49	50	51	52	53	54	55	56	57	58	59	60	61	62	63	64	65	66	67	68	69	70	71	72
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	31	32	33	34	35	36	37	38	39	40	41	42	43	44	45	46	47	48	49	50	51	52	53	54	55	56	57	58	59	60	61	62	63	64	65	66	67	68	69	70	71	72
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	31	32	33	34	35	36	37	38	39	40	41	42	43	44	45	46	47	48	49	50	51	52	53	54	55	56	57	58	59	60	61	62	63	64	65	66	67	68	69	70	71	72
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	31	32	33	34	35	36	37	38	39	40	41	42	43	44	45	46	47	48	49	50	51	52	53	54	55	56	57	58	59	60	61	62	63	64	65	66	67	68	69	70	71	72

## ALGORITHMVS.

Scribe igitur numerum quem ita uelis multiplicare per suas differentias, et numerum per quem illud facere uis sub eo uel supra eum, sic quod prima sit sub prima, secunda sit sub secunda, et tercua sub tertia, et sic deinceps incipiendo à parte dextra et suadco eum ponas inferius qui pauciores numero habet figuras. Si saltem unus plures quam alter habeat, et sub eis trahe lineam et incipias operari à parte dextra, ducendo primo primam inferioris ordinis in singulas superiores secundum ordinem uel ergo ex prima inferioris in primā superioris ordinis excrescit digitus uel articulus uel numerus compositus. Si digitus, scribe talem sub primis figuris infra lineam. Si articulus ibidem scribe cifram et digitum articuli memoriae commenda. Nam ipse iungendus est productio ex eadem prima inferioris in sequentem proxime superioris ordinis. Si uero numerus cōpositus in primo loco, inferius scribe digitum partem talis compositi et cum articulo fac ut iam immediate dictum est. Vel si ex tali productione nihil proueniret, inferius est ponenda cifra, consimiliter deinde duc primam inferioris in secundam superioris ordinis et productio, si prius reseruasti aliquem digitum memoriae, digitum talem coniung.

## PEVRBACHII.

ge & tunc tale productum si numerus est uel erit  
digitus uel articulus uel numerus compositus. Si  
digitus scribe in secundo loco inferius. Si articu-  
lus, scribe cifram in tali loco infra linam & digi-  
tum articuli tene mente, quia iungendus est pro-  
ducto ex eadem inferioris in proxime sequentem  
superiorem. Si numerus compositus in tali loco  
inferius scribe digitum qui est pars compositi &  
articulo fac ut dictum est. Si tamen tale prouen-  
tum nihil esset, pone cifram in tali loco inferius.  
Eodem modo facias ducendo eandem primam infe-  
rioris in tertiam superioris, deinde in quartam,  
post in quintam si tot sunt donec eam duxeris in  
omnes superiores. Valde tum obseruando quod  
digitii reseruati si sibi post productionem addantur  
& coniuncti, scribantur debito ordine ita quod  
prouenti ex prima in primam digitus uel cifra in  
primo loco inferius scribatur. Ex ea in secunda su-  
perioris in secundo loco. Ex ea in tertia superioris  
in tertio loco. Ex ea in quartâ superioris in quarto  
loco & sic consequenter. Expedita prima ipsa can-  
cella ad designandum quod iam sit expedita. Ne-  
inde eundem tene modum ducendo secundam infe-  
rioris in singulas superiores eo ordine scriben-  
producta, nisi quod prima secunda huius ordinis

## ALGORITHMVS.

sub ipsa secunda inferioris. Eodem modo fac de  
tertia, ipsam in singulas superiores ducendo &  
incipiendo ordinem talium productorum inferius  
sub eadem tercia, et sic consequenter de alijs, si sint  
usq; ad finem non cessando, donec quamlibet infe-  
riorum duxeris in quamlibet superiorū. Et quan-  
do aliquam expedieris, ipsam cancella. Et scito q  
ex ductiōe cifræ in cifram uel in digitū non pro-  
uenit nisi cifra uel digitus ideo tunc cifram, si  
nihil reseruasti sibi iunge, & in loco suo qui sibi  
debetur ex ordine scribe. Hac ex ratione si cifra  
fuerit in ordine inferiori, ipsam pertransire potes  
nisi quod eam in solam primam superioris ordinis  
ducas propter ordinem. Aut si fuerit in primo  
loco ne sequentes minus significent nō est nisi ser-  
uare debitum ordinem et nihil necessarium omit-  
tere. Quibus ita completis omnes ordines infra  
lineam sibi iunge iuxta modum datum in additi-  
one. Non tamen mutando situm & inceptio-  
nem eorum & productum ex eis erit id quod pro-  
uenit ex multiplicatione talium numerorum.

Proba ducta multiplicantis in probam mul-  
tiplicandi projiciendo nouem quotiens oportet, si  
quid superest, quod probam numeri producti non  
æquat opus iterare cogeris.

DE

PEVRBACHII.

DE DIVISIONE.

Numerum quiccumq; per æqualē uel minorem se diuidere. Pone ultimum diuisoris sub ultima diuidendi, penultimam sub penultima et sic deinceps. Si saltē supra positum precise diuisore sit eo maius uel sibi equale. Nam si minus esset, tunc ultima diuisoris esset tibi ponenda sub penultima diuidendi, & penultima sub ante penultimam & sic deinceps. Deinde trahe lineam deorsum a parte dextra ante numerum diuidendi. Quibus ita positis, uide quotiens ipse diuisor precise continetur in sibi supra positio. Quod ad maximum nonics fieri potest, ad minimum uero semel. Et talem digitum designantem quotiens huiusmodi scribe in directo numeri diuidendi ante lineam, & diuisor per tale quotiens multiplicatus subtrahatur a sibi supra positio, ipsum quidem sua prapositum cancellando, & residuum si quid fuerit supra cancellatum scribendo. In hoc autem tuo uterque ingenio, considerando quotiens ad maximū ultima diuisoris possit detrahi a sibi supraposito. Ita tamen quod totiens penultima a supraposito suo et residuo priori si quid fuerit etiā possit, simul

## ALGORITHMVS.

Et reliqua singule totiens possunt à sibi suprapositiis detrahi. Scripto itaq; digito quotiens et divisor per eum multiplicato in singulis suis differentijs et producto à suprapositis suis ablato, prioribus cancellatis, et residuo si fuerit rescripto ordinem divisoris anteriorabis per unicam differentiam uersus dextram, sic quod quilibet figura eius sit uicinior lineat tractare in uno loco, quam prius fuit. Priorem quidem ordinem solum cancellando et nouum sub priori ita anterioratum rescribendo. Et iterum uide modo priori, quotiens divisor possit subtrahi à sibi tunc supraposito, solum non cancellatas aduertendo et digitum tale quotiens ostendentem scribe post digitum prius ante lineam scriptum et fac sic ut prius. Deinde iterum anteriorabis ordinem divisoris et ita ages consequenter digitos quotiens designantes post quamlibet anteriorationem secundum ordinem scribendo, et à tali operatione non cessando, donec prima divisoris perueniat sub primam diuidendi, et ibi ultimo divisoris ordo à sibi supraposito relicto auseatur. Quandocumq; tamen post anteriorationem ordo divisoris non potest subtrahi à sibi supraposito, tunc in ordine digitorum pro quotiente debet poni cifra. Quibus ita peractis, numerus digitorum

## PEVRBACHII.

digitorum quotiens scilicet ante lineam, ostendit tibi quot unitates de numero diuidendo unicuique unitatum numeri divisoris cedant, & si aliquid in suprapositis remanserit, hoc oportet esse minus divisorie.

In his autem omnibus speciebus una probat aliam. Additio namque subtractionem. Mediatio duplationem. Multiplicatio divisionem, & econtra hec illam Alia proba. Si ex numeris quotiens & divisoris unam in aliam duxeris, & inde productum vel residuum abiecto nouenario probe numeri divisoris in aequale videris, errasse te intelliges. Etsi de numero divisoris residuum fuerit minus divisorie, ipsius probam addas producta ex probis numeris divisoris & quotiens. Deinde uiam superioris procede.

## DE PROGRESSIONE.

Cuiuscumque progressionis summam artificia liter reperire. Progressionem uocamus quando omnium locorum sibi proximorum differentiae siue excessus sunt aequales. Numerata itaque locos quot habeat tua progressio, & talcm numerum locorum

Bij rum

## ALGORITHMVS.

rum nota, iunge etiam primum ultimo, quod quidem coniunctum etiam nota. Necesse est autem quod ad minus alterum notorum sit par. Ipsum igitur quod par est quodcumq; sit illud media, et medietatem per reliquum multiplica et producitum exiens ostendet tibi summam totius progressionis. Huius demonstratio habetur ex Iordan. Dici consuevit tres uarias esse progressiones secundum numerum trium medietatum Arithmeticam, Geometricam, et Armonicam. Potissime tamen ea progressio dicitur que naturam Arithmeticam tenet. Sed cum termini sint ad placitum instituentium, placet et nobis omnes has vocari progressiones. Arithmeticam namq; dicimus progressionem quando semper sequens locus precedentem superat et equali differentia. Exemplum. 2. 4. 6. 8. 10. &c. Geometrica autem est, quando excessus non sunt aequales, sed tam excessus quam termini sece consequenter habent in eadem proportione. Sed Armonica dicitur quando eadem proportio est maioris termini ad minorem, qui est excessus majoris super medium ad excessum medij super minorem. Et illa solum in tribus terminis fieri habet. Ideo per additionem eorum faciliter cognoscitur summa. De prima autem progressione dictum est. igitur tantum de secunda scilicet Geometrica re-

P E V R B A C H I I.

stat ponere regulas. In dupla igitur progressionē terminum minimum a maximo deme, & quod superest, maximo iunge & exhibet summa totius. In tripla uero minimum affer a maximo, & residui medietatem ad maximum adde. In quadrupla dēmpto minimo de maximo residui tercia pars maximo adiecta, totam summā efficiet. In quintuplica postquā ablatus est minimus a maximo eius quod manet quartam partem super ipsum maximum adde. Et sic consequenter proportionabiliter de sequentibus secundum hunc ordinem age.

D E E X T R A C T I O N E R A D I C I S Q V A D R A T A E.

Cuiuscunq; numeri quadrati uel maximi quadrati sub numero proposito cōtentī radicem quadratam extrahere. Scripto nūc eo per suas differentias et tracta linea deorsum ut in diuisione, si gnabis superius pūcto, primā, tertiam, quintā etc. Scilicet omnes differentias in parib. locis positas. Tot enim erūt figuræ in radice quam queris, quot sunt differentiæ punctis signatae in numero proposito. Etiam solum sub differentijs ita signatis operat digitos reperire ut dicetur. Incipe itaq; sub figura ultimo punto signato, ibi inuenies digitū, qui ductus in se delectat id quod supra ponitur loco ei in quo eū inuenies, uel delectat in quantū uicinus po-

## ALGORITHMVS.

est. Talis autem digitus ad maximum potest esse.  
nouenarius ad minimum unitas. Quo reperto  
scribe cum ante lineam uersus dextram, ut in diui-  
sione fieri solet, & ipso in se multiplicato, & pro-  
ducto à supraposito loco inuentionis sue subtracto,  
& supra posito cancellato residuum si quid fuerit  
rescribas superius. Deinde digitum inuentum  
duplabis, duplatum scribe sub proxima figura uer-  
sus dextram ante locum inuentionis digitii. Quo  
facto sub proxima figura ante duplatum inuenias  
unum digitum qui ductus in duplatum delectat su-  
prapositum duplato. Deinde ductus in se delectat  
suprapositum loco in quo queris cum uelut uicini-  
us potest. Et in digitii talis inuentione utere inge-  
nio dicto circa modum diuidendi. Quo reperto  
scribe cum ante digitum prius inuentum & facta  
multiplicatione eius in duplatum, & producto sub  
tracto à supraposito duplato & ipso in se ducto &  
ablato à supra posito loco sue inuentionis cancella-  
tis suprapositis & residuis si fuerint rescriptis su-  
perius dupla digitum iam inuentum & duplatum  
eius pone sub proxima figura uersus dextrā ante  
locū in quo inuentus est, et duplatum prius anterio-  
ri per unam differentiam et si quid ibi in duplato  
secundo crevit in locum articuli ipsum addas  
cum

## PEVRBACHII.

cum primo duplato anteriorato. Post iterum sub proxima figura ante duplata inuenias digitum, qui ductus in duplata deleat supraposatum loco in uentionis sue uel sicut uicinus potest. Et si quan- doq; contingeret quod nullus digitus posset reperi ri tunc in ordine digitorum inuentorum ponenda est cifra, et in locum duplati talis cifre ponenda est cifra sub proxima figura ante locum inuentio nis, et postea fiat anterioratio duplatorum prio rum. Nec cessandum est a talis digitii inuentione descriptione in duplata ex seductione ex duplacio ne, ac duplatorum auerioratione, donec sub pri- mami numeri propositi sit peruentum ex ibi reper tus fuerit digitus qui ductus in omnia duplata de leat supraposatum duplatorum, ex ductus in se, de leat totum residuum numeri propositi uel in quan tum id uicinus fieri potest. Quibus ita peractis. Ordo digitorum inuentorum est radix quadrata numeri propositi si nihil mansit superfluum. Si ue ro quid remansit, tunc est radix quadrata maiori s quadrata sub numero proposito contenti qui quidem quadratus resurget, si tale superfluerit dempseris a numero proposito prouenit etiam si ra dicem inuentam in se multiplicaueris ex illud in lo cum probationis accipere potes.

A p Lcc.

LECTORI.

**H**actenus Peurbachius, qui aut non absolu-  
uit ceptum compendium, aut pueris tan-  
tum conscripsit quos in hac prima nume-  
rorum tractatione tantum exercere uoluit, bona  
enim fide quæ in exemplari Vienensi ædita sunt  
transcripsimus. Adiecimus autem id quod erat  
reliquum, prodest enim in scholis integrum huius  
partis Methodum tradere, ut adolescentes in his  
numerorum principijs bene exercitati, ea  
facilius assequantur quæ et in altera  
Arithmetices parte et in reliquis o-  
mnib. Mathematicis disciplinis  
traduntur. Spero autem ex  
hac epitome summā hu-  
ius partis facile cognos-  
sci atq; intelligi pos-  
sse, si usus accesse-  
rit, qui omniū  
Magistro-  
rum  
præcepta  
longe superat.

SECVN-

# SECVNDA PARS.

## DE MINVCIIS SEV FRACTI= ONIBVS VVLGARIBVS.

**M**INUTIA est pars integri, diuiditur autem integrum aliquando in plures & liquando in pauciores partes. Appellantur autē istae partes dissimilibus nominibus, si enim integrum in duas aequales partes diuiditur, tum utraq; medietas unum secundum integri uocatur, si uero in tres partes, tum singule unum tertium integri uocantur, si in quatuor, quartum integrū, & sic deinceps.

## DE MINVCIARVM DENO= MINATIONIBVS.

In omni fractione sunt duo numeri, uirgula intermedia a scinuicem distincti quorum superior numerator, inferior denominator uocatur.

Numerator est numerus in quo tot sunt unitates quod partes integri reddere uolumus, id est,

cst.

*est numerus qui fractionis partes ostendit.*

*Denominator est numerus qui continet tot unitates, quot partibus totum diuisum esse significare volumus.*

3

Numerator.

—

6

Denominator  
REGVLAE.

1 *Quando numerator aequalis est denominatori, tunc minucia ualeat integrum, & loco illorum integrum scribendum est.*

2 *Si Numerator denominatore maior fuerit, tunc minucia plus ualeat integro tot unitatib. quot numerator denominatorem excedit.*

3 *Si Denominator Numeratore minor fuerit, minucia tantum abest ab integro quot unitatibus numerator minor est denominatore. Si quis iam experiri uelit quantum ualeat minucia in aliqua moneta, Principio resolute numeratorem in suum integrum, illud diuide per denominatorcm, ut  $\frac{4}{6}$*

*autē*

aurci. Aureus autem ualeat  $\frac{252}{5}$ . denariolis, quos  
multiplico per 4. ex erunt 1008. idq; diuido per  
8. ex habeo 128. denariolos quot ualeat  $\frac{6}{4}$

$\frac{4}{4}$  aure

DE MINUCIARVM REDV-  
CTIONE AD MINOREM  
NUMERVM.

Si uelis minuciam aliquam contrahere in  
minorem numerum, diuide denominatorcm pro-  
positae fractionis per numeratorem eiusdem, quod  
si nihil remanserit, tunc per numeratorem diuisa  
fractio ostendet partes minimas, ut  $\frac{18}{36}$

$\frac{18}{36}$  in  $\frac{18}{36}$ . se  
mcl, numerator ergo minuciæ unitas,  $\frac{18}{36}$ . in  $\frac{18}{36}$ .  
bis denominator erit 2. erit itaq; minucia reducta  
ad minimos terminos hoc modo :

$\frac{2}{2}$  que plauc est  
eiusdem rationis cum prima fractione, sicut enim  
se habent  $\frac{18}{36}$  ad  $\frac{2}{2}$ . ita se habent 1. ad 2. Si uero  
aliquis numerus ex facta divisione relinquatur,  
tunc per ipsum partire relicuum numerum cum  
uidelicet

uidelicet quem prius fecisti diuisorem, & deinceps ita continuando, donec peruenteris ad diuisi-  
onem ex qua nihil relinquitur, tunc sume istum  
ultimum diuisorem & diuide fractionem proposi-  
tam & quoties numeratoris ostendit numerato-  
rem, quoties uero denominatoris ostendet deno-  
minatorem. Ut uolo hanc fractionem ad mino-  
rem reducere 14

$$\frac{1}{14} \text{ crunt} \quad \frac{1}{7} \text{ tantum in minore}$$

proportione eodem tamen ualore. Hic tamen  
animaduertendum est, quod si in tali reciproca di-  
uisione ad unitatem perueniretur, ipsos datos nu-  
meros esse terminos, neq; posse minores reperiri.

DE MINVCIARVM REDU-  
CTIONE AD EANDEM  
DENOMINATIO-  
NEM.

Multiplica numeratorem unius per denominatorem alterius, et productum erit nouus numeratorem, deinde in se ducito denominatores & productum erit communis denominator. Ut uolo ad eandem denominationem reducere 2

$$\frac{2}{3} \text{ &} \frac{2}{4}$$

stabit fractio  $\frac{8}{12}$  que idem plane ualeat, et esse

eiussdem rationis cum  $\frac{2}{3}$ , Eodem etiam modo integra reducenda sunt in communem denominatorem cum Minutijs, multiplicando integrum cum denominatore fractionis ut  $\frac{5}{4}$

Sunt  $\frac{5}{4}$ , Eodem etiam modo Minuciæ ad integrâ reducendâ sunt, diuide numeratorem per denominatorem & quoties erit integrorum numerus, & id quod remanet fractionis nomen retinebit.

## VTRA MINUCIA MAIOR VEL MINOR EXISTAT.

Si proponuntur duæ minuciæ quarum utra maior sit ignoras, tunc multiplica unius numeratorem cum alterius denominatore atq; numerus qui ex hac multiplicatione maior prodierit ille ostendit

1      2  
ostendat utra minucia maior sit. Ut — ♂ — ,  
                2      3  
quem si hoc modo multiplicaueris productum  
                2      1  
ostendet — maiorem esse fractionem quam — ,  
                3      2

### DE ADDITIONE MINUCIARVM.

Principio reducenda minucia est ad communem denominatorem, deinde adde Numeratores et communem denominatorem subscribe ut,

2      3      5  
Volo addere — ♂ — ♂ erunt — .  
      3      4      12

Si uero addende forent plures minuciae, tunc reductis denominatoribus ad eandem denominacionem duas priores coniunge, postea adde tertium, deinde quartum &c. ut Volo addere  
 $\frac{1}{2} \frac{2}{3} \frac{3}{4}$   
 $\frac{1}{2} \frac{2}{3} \frac{3}{4} \frac{4}{5}$  addo priores duas fractiones ♂ sunt

46

sunt  $\frac{7}{8}$  addo rursum tertiam & sunt  $\frac{14}{24}$  postrea  
 mo addo quartam et tota summa erit  $\frac{120}{120}$  hoc est  
 $\frac{43}{2}$  &  $\frac{60}{2}$  hoc est 2. fl. & 15. grossos.

Si uero fracta integris addenda sunt seu in-  
 tegra fractis, tunc multiplicat integrum in de-  
 nominatorem minuciæ, & productum adde nume-  
 ratori, hoc productum postea pone pro numera-  
 tore factæ additionis denominatore non uariato.

2

Vt uolo 5 addere  $\frac{2}{3}$  multiplico denominatorem  
 fractionis in integrū et sunt 15 quæ addo numerato-  
 ri et sunt 17 numeratori fractionis cui suppono  
 3. hoc modo  $\frac{17}{3}$ .

## DE SUBTRACTIONE.

Iterum minuciæ reducendæ sunt ad cōmu-  
 nem denominationem, deinde uero numeratorem  
 unum ab altero subtrahit & est facta subtractio  
 ut  $\frac{2}{3}$  a  $\frac{3}{4}$  sic stat  $\frac{8}{12}$   $\frac{9}{12}$ , facta subtractione  $\frac{1}{12}$   
 manebunt.

## DE DVPLATIONE

*Aut numeratorem duplica, aut denominatorem media.*

## DE MVLTIPLICATIONE.

Numeratores in primis inter se multiplica,  
postea uero denominatores, id quod prouenit  
primo erit numerator, & quod secundo deno-  
minator. Ut uolo multiplicare  $\frac{3}{5}$  &  $\frac{4}{7}$  erunt  $\frac{12}{35}$

## DE DIVISIONE.

Colloca diuisorem uersus dextram & diui-  
dendum uersus sinistram, duc deinde numerato-  
rem diuidendæ fractionis in denominatorem diui-  
dentis & productum erit quotientis numerator,  
Postea multiplica numeratorem diuidentis per  
denominatorem diuisoris & productum erit de-  
nominator quotientis, ut uolo diuidere  $\frac{3}{4}$  per  $\frac{5}{2}$   
multiplico 3 per 2 numerator duc, deinde 4 in  
duo denominator erit & stat hoc modo  $\frac{15}{8}$   
Si integræ

Si integra per fractiones sunt diuidenda, dico  
uide si potes numeratorem fractionis diuidendam  
in integrum, & sub quotiente pone denominato-  
rem fractionis et est factum. Si id autem non potes,  
tum multiplica denominatorem minuciæ diuidendæ  
in integrum, & productum erit denominator  
numeratore manente invariato. Exemplum pri-  
mi  $\frac{6}{7}$  diuisa per 2 faciunt  $\frac{3}{7}$  Exemplum secundi

$$\frac{9}{10} \text{ in } 4 \text{ facit } \frac{9}{40}.$$

Quando itaq; maior minutia per minorem  
diuiditur, productum ostendit quoties minor in ma-  
iore fractione continetur. Si uero minor per  
maiores diuiditur, tunc quoties ostendit quotam  
partem maioris minor & diuidenda fractio con-

tineat, ut  $\frac{2}{3}$  per  $\frac{1}{2}$  diuisa faciunt  $\frac{4}{3}$  hoc est, ma-  
ior fractio continet semel minorem & insuper  
tertiam eiusdem secundi partem. Item uersa uice

$\frac{1}{2}$  per  $\frac{2}{3}$  diuisa faciunt  $\frac{3}{4}$  hoc est, minor &  
diuidenda fractio continet tres quartas maioris.

QVANDO INTEGRA MI-  
NVTIIS CONIVNCTA  
SVNT. C 4

Si *integra* cum *Minutijs* coniuncta fuerint,  
ita ut simul cum ipsis aut addenda, substrahenda,  
multiplicanda vel diuidenda sint, tunc *integra*  
semper frange supposita unitate, deinde operare  
in singulis speciebus quemadmodum de minutis  
dictum est. Nisi si quando uis addere vel subtra-  
here, tunc reduc primo *integra* in *fracta* quem-  
admodum dictum est.

## DE MINUTIIS ALIARVM MINUTIARVM.

Quemadmodum *integra* in *minutias* fran-  
guntur, ita rursum *minutiae* subdividuntur in alias  
*minutias*, scribuntur autem haec *fractiones* hoc  
modo ut *principalior* *fractio* quae subdivisa est  
postremo loco collocetur, nulla tamen uirgula in-  
terposta, ut  $\frac{2}{5} \quad \frac{1}{6}$  & sunt duo *quinta* unius *sex*  
*ti*. Et  $\frac{4}{3} \quad \frac{1}{5}$  sunt *quatuor* *tertia* unius *quinti*.

Cum his autem minimis *minutijs* nihil est  
agendum nisi prius reducantur ad *simplices mi-*  
*nutias*. Hoc autem modo reducuntur, multipli-  
ca numeratores inter se & denominatores etiam  
inter

inter se, tum prodibit simplex minutia, ut redu-

cere uolo & erunt  $\frac{1}{4}$   $\frac{2}{1}$ . Postquam autem hoc modo in simplicem minutiam conuersa est, tum addc aut subtrahe &c. quemadmodum supra de Minutijs dictum est.

### PROBA.

Additionem probat subtractione sicut in inte-

gris, ut adde  $\frac{2}{3}$  ad  $\frac{3}{4}$  prodibunt  $\frac{17}{12}$  quibus rura-  
sum adiung  $\frac{2}{3}$  remanebunt  $\frac{3}{4}$  &c.

Econtra additio subtractionem probat, Et Multiplicationem diuisio, numerū enim ex multiplicatione productum per utramuis diuide fractionem tum altera semper redibit, ut multiplican-

ui  $\frac{2}{3}$  cum  $\frac{3}{5}$  produxi  $\frac{2}{5}$  quod iterum diuido  
per  $\frac{3}{5}$  produxi  $\frac{2}{5}$  &c.

Contra diuisiōnem probat Multiplicatio, quan-  
do enim productum per diuisorem multiplicau-  
ris, semper redit fractionum altera, ut diui-

C iij do

de  $\frac{3}{5}$  per  $\frac{2}{3}$  faciunt  $\frac{9}{10}$  quæ multiplico per  $\frac{1}{3}^2$   
prodibunt  $\frac{18}{30}$  quæ imminutæ faciunt  $\frac{3}{5}$ .

## DE EXTRACTIONE RADI- CIS IN MINVTIIS.

Quære radicem Numeratoris sicut in inte-  
gris, quære etiam radicem denominatoris, et pro-  
ductum erit radix fractionis, ut  $\sqrt{\frac{4}{9}}$  cuius radix  $\frac{2}{3}$

# TERTIA PARS.

## DE REGVLIS COMMVNIBVS.

### REGVLA QVATVOR PRO PORTIONVM SEV DE TRI.

Hec Regula docet quomodo ex tribus numeris  
cognitis

cognitis quartus incognitus perquirendus sit. Dat  
tis enim quatuor numeris inuicem proportionabi-  
libus, ita ut rationem quam primus ad secundum  
habet, illam etiam tertius ad quartum habeat, tūc  
docet hēc Regula, unumquemlibet istorum igno-  
tum facile & expedite deprehendere.

### NATVRA HORVM NVME- RORVM.

Semper in hac Regula duo numeri re atq;  
nomine conuenire debent, tertius uero re & no-  
mine respondebit semper quarto sine ignoto.

### DISPOSITIO TRIVM NV- MERORVM,

Numerus qui questionem continet, collocetur  
uersus dextram, ille uidelicet qui proxime sequi-  
tur uocabulum quanti, quantum, quot &c. alter  
uero numerus questioni re & nomine similis po-  
natur uersus sinistram, residuus medium locū oc-  
cupet.

### REGVL A TRIVM NVME RORVM.

C *iiij*      Primus

Primus numerus semper diuidat hoc quod prouenit ex multiplicatione reliquorum duorum numerorum inter se, hoc enim modo ignotus qui ordine quartus est prodibit.

### EXEMPLA REGULAE.

Quanti emuntur 12. oua, si duo oua emuntur pro 6. nummis. Ita collocandi sunt numeri 2. 6. 12. multiplico tertium per secundum et erunt 72. productum diuido per primum et quoties erit quartus ignotus numerus uidelicet 35.

### PROBATIO.

Si primus multiplicatus in quartum tantum producit quantum secundus in tertium, tunc bene factum est.

Hæc autem Regula, non solum quartum numerum ignotum inuenire docet, uerum etiam unumquemlibet alium, ut uolo per hanc Regulam peruestigare primum numerum ignotum, inuerto tantum ordinem, et tertium colloco primo loco, quartum secundo, secundum tertio loco. quando enim numeri inuicem sunt proportionales, tunc conuersim quoq; sunt proportionales, fiat deinde operatio.

operatio eodem modo quo supra diximus, multiplicitur tertius in secundum, & productum dividatur per primum, & habebis intennum, Eodem etiam modo faciendum est, si alter intermediorum ignoretur vel secundus vel tertius, semper enim hoc modo collocandi sunt, ut ignotus quartum locum obtineat, seruata tamen debita ac iusta proportionum ratione ac ordine. Exemplum quando primus ignoratur, Volo scire quemodo duæ ulnae ueneant, quando 40. ueneunt pro 100. aureis. Colloco primo loco 40. secundo 100. tertio 2. facit 50.

Si uero ex facta diuisione aliquid superest minus ipso diuisore, dissolute illud in subtiliorem numerum & productum iterum diuide idque toties faciendum est, donec nihil ex diuisione relinquatur. Ut emi 5. ulnas pro 5. flor. quanti emuntur 32. pro 26. flor. & 14. gross.

Quod si fractiones integris adheserint, id quod frequenter accidere solet, tunc hoc modo agendum erit. Reduc integrum in fractionem que illi adheret, deinde reliqua integra etiam frange supposita unitate, postea uero multiplicar numeratorem primi per denominatorem secundi,

C p & pro-

& productum iterum multiplicetur per denominatorem tertij, & prodibit divisor. Postea multiplicetur denominator primi in numeratorem secundi & productum in numeratorem tertij, & prodibit numerus dividendus.

### EXEMPLA.

Vt 6. lb. pro 14. flo. quanti  $\frac{1}{4}$ , hoc modo scribo.

$\cancel{6} \cancel{14} - 1$   
— 4 et crit summa 12 gro. 3. d.

ALIVD EXEMPLVM CVIVS  
OMNES PARTES SVNT  
MINVTIAE.

Emi  $\frac{5}{8}$  unius ulnæ pro  $\frac{3}{4}$  unius aurei quanti  
emo  $\frac{1}{2}$  ulnæ hoc modo scribo.

$\cancel{\frac{5}{8}} \cancel{\frac{3}{4}} - 1$   
facit  $\frac{24}{40}$  hoc est,  $\frac{5}{5}$  unius aurei  
DE

## DE REGVL A DETRI CON<sup>A</sup> VERSA.

Eadem est Regula cum superiorc, sed conuersa uocatur ab inuerso numerorum ordine, in hac enim Regula primus numerus multiplicatur per secundum, & productum diuiditur per tertium, qui etiam numerus quæstionis uocatur. Ut quando modius tritici emitur pro 5. gross. datur libra panis pro denario, quantum panis pro denario datur quando modius emitur s. grossis. Exemplum hoc modo est collocandum.

3    5. facit  $\frac{3}{5}$  minus libræ.

## ALIVD EXEMPLVM.

Habeo 30. ulnas panni, cuius latitudo est trium ulnarum, uolo autem emere alium pannum pro subductura, cuius latitudo est 5. ulnarum, quæro quantum panni ad subducturam opus habeam. Collocetur exemplum hoc modo.

3 30. 5. facit. 18.

## ALIVD EXEMPLVM IN FRACTIS.

Modius

Modius frumenti emitur s. grossis &

$\frac{2}{3}$ , datur autem pro nummo  $\frac{7}{4}$  unius libræ,  
quantum dabitur quando modius emitur pro 5.  
grossis &  $\frac{5}{4}$ .

Collocetur exemplum hoc modo.

$$\frac{26}{3} - \frac{4}{7} \quad \cancel{\times} \quad \frac{23}{4}$$

Multiplico numeratorem primi in numeratorem secundi, & productum iterum multiplico per denominatorem tertij & producetur numerus dividendus. Rursum multiplico denominatorem primi in denominatorem secundi, & productum iterum multiplico per denominatorem tertij &  
 $\frac{415}{483}$   
erunt  $\frac{415}{483}$  unius libræ.

#### ALIVD EXEMPLVM.

Emit quidam 100. libras 16. aureis, quot libras reuendet uno aureo,  $\frac{16}{100}$  i. facit &

$\frac{1}{6}$  libras  $\frac{1}{6}$ .

Probœ

PROBA REGVLAE IN-  
VERSAE.

Si ex primo in secundum multiplicato tantū  
prouenit, quantum ex tertio in quartum, tum est  
bene factum et c.

Q VOMODO PLVRES NVME  
RI TRIBVS AD TRES  
REDVCENDI SINT.

Quandocunq; illud uocabulum quanti co-  
heret duobus numeris, tum semper illi duo redu-  
cendi sunt in unum quæstionis numerum, deinde  
uero reliqui qui quæstioni re et nomine respon-  
dent, eodem modo reducendi sunt in unum nume-  
rum, postea agendum quemadmodum iam in Re-  
gula de tri dictum est.

EXEMPLA

Pro uehendis sc. centenarijs dantur tres  
aurei per 11. miliaria, quantum igitur datur pro  
10. centenarijs per 21. miliaria, reduco sc. cente-  
na. et 11 miliaria per multiplicationem ad eundem  
numerum, reliquos quoq; duos 10 et 21. similiter re-  
duco.

duco, tunc exemplum hoc modo collocabitur,

18. 3. 210. facit 7  $\frac{7}{44}$  flo.

### ALIVD.

Commensales 7. dant 4. auricos per 15. se-  
ptimanas, quantum dabunt 5. commensales per  
duos annos. Resolue annos in septimanas &  
hoc modo collocentur numeri, 91 + 520.  
facit 22 flo. 18. groß.

### ALIVD.

Tria uasa butyri, Primum 64. libras pen-  
det &  $\frac{1}{4}$ . Secundum 75. Tertium 55. libras,  
quibus adimuntur pro ligno 29. libræ &  $\frac{1}{3}$   
emuntur autem singulæ libræ 7. denarijs & sin-  
gulis obulis, tribus quoq; denariolis minus expen-  
ditur quam conuenerat. Hoc modo computabis  
exemplum, questionis numeros omnes ad se adde,  
subtrahe deinde libras quæ defunt pro ligno, atq;  
sic erit exemplum. 1 18 192  $\frac{11}{12}$  fac, 5 aureo  
55

os 15. gross. 3. dena. & 1. obul.

## DE SOCIETATIBVS.

Omnes deniq; societas, & Mercatorum  
Regule, tali aliquo modo ad Regulam detri-  
ducuntur.

### EXEMPLVM.

Sunt tres Mercatores, quorum unus imponit  
36. aureos, Secundus 40. Tertius 44. isti lu-  
crantur mille aureos, queritur quantum singulis  
ex hac summa decedat. Coniunge in unam  
summam pecuniam impositam, quae summa erit  
diuisor, collocantur itaq; exempla hoc modo.

120. 36. 1000. fac. 300. flo.

1

120. 40. 1000. fac. 333  $\frac{1}{3}$

120. 44. 1000. fac. 366  $\frac{2}{3}$ .

### PROBA.

Si coiunxeris summas in quociente collectas,  
cum prodibit primus numerus, ut coniunge 300.

5

$\frac{1}{\text{et } 533 \frac{5}{5}}$   $\frac{2}{\text{et } 366 \frac{3}{3}}$  prodibūt 1000. primus lus  
tri numerus.

### ALI VD EXEMPLVM.

Tres Mercatores in una societate lucratī  
sunt 1000. aureos. Primus autem 20. aureos im-  
posuit, inq; illa societate 24. hebdomadis perman-  
fit. Secundus 27. aureos & tantum 5. septima-  
nis permanfit. Tertius 8. aureos, et integro anno  
in societate permanfit. Queritur ergo quantum  
cuiq; de lucro cedat. Multiplica uniuscuiusq;  
aureos in suas septimanas, deinde ex additione  
trium illorum productorum sume communem di-  
uisorem, collocantur autē numeri hoc modo dispo-  
siti ad Regulam detri.

1031.	480.	1000.	facit	465.	<u>1031.</u>	585
1031.	135.	1000.	facit	130.	<u>1031.</u>	970
1031.	416.	1000.	facit	403	<u>1031.</u>	507

### PROBA.

*simil*


589                    970  
Simul coniunge 465 1031 ♂ 130 1031 ♂  
507

403 1031 . tunc præcise 1000 proueniunt. Ad-  
do autem integra seorsim, deinde etiam numero-  
tores minutiarum, quemadmodum supra dictum  
est.

ALIVD EXEMPLVM.

Tres Mercatores lucratii sunt 380 aureos,  
quos ita diuidunt ut quoties primus recipit 7. to-  
ties secundus recipit 3. & quoties idem secundus  
recipit 8. toties tertius recipit 5.

*Hi quatuor numeri in tres reducendi sunt  
hoc modo.*



Hic tres simul coniuncti diuisorem constitue-  
unt. Vnde ad Regulam Detri hoc modo collo-  
candi sunt.

95. 36. 380. facit 224.

95. 24. 380. facit 96.

95. 15. 380. facit 60.

### PROBA.


Coniunge 224. et 96. et 60. et habebis  
380. deinde uide an in 224. toties 7. inueniantur  
quoties 3. in 96. rursum etiam uide an in  
96. toties inueniantur 8. quoties 5. inueni-  
antur in 60.

### ALIVD EXEMPLVM.

Quatuor Mercatores lucrati sunt 2270. fl.  
quos ita uolunt diuidere, ut quoties primus recipiat  
3. toties secundus recipiat 5. et quoties idem  
secundus recipit 2. toties tertius recipiat 7. Et  
quoties idem tertius recipit 4. toties quartus re-  
cipiat

cipiat 10. Quæritur iam quantū cuilibet cedat.

Hic sex numeri reducendi sunt ad quatuor  
hoc modo.



illi quatuor numeri coniuncti dant diuisio-  
rem communem, reliqua per omnia similia sunt,  
ut in priori exemplo.

554. 24. 2270. facit 98. flo. 7. gro. 1. d.

554. 40. 2270. facit 163. flo. 15. gr. 10. d.

554. 140. 2270. facit 573. flo. 16. gr. 7. d.

554. 350. 2270. facit 1434. flo. 2. gr. 1. d.

Dij Aliud

## ALIVD EXEMPLVM.

Tres Mercatores lucrum suum ita diuidit,  
ut primus recipiat 100. aurcos tantum. quibus  
receptis relinquitur secundo tantum quantum  
erat totius summae pars tertia, & tertio tantum  
quantum erat pars totius summae quarta. Ques-  
ritur quanta sit tota summa.

Recipe aliquem numerum qui habet tertium  
& quartum, ut sunt 12. a quo subtrahere nomina-  
tas partes & manebunt 5. Colloca exemplum  
hoc modo. 5. dant 12. quantum dant 100. facit  
240.

## APPENDIX.

Innumeræ alia exempla proponi possunt æ  
Mercatorum & societatum Regulis. Verum  
subjiciam iam generalem Regulam, in qua si quis  
probe se exercuerit, infinita huiusmodi exempla  
ipse confidere atq; explicare poterit. Nihil n.  
proprii potest tam perplexum aut intricatum in-  
numeris quod non per Regulam falsi explicari  
possit. Iusto itaq; ordine hæc Regula, Regulam  
Detri subsequitur, quidquid enim illa uelut obscu-  
rum atq; inextricabile reclinquit, illud statim hec  
Regula

Regula summa facilitate atq; perspicuitate ex-  
plicat.

## DE REGVLA FALSI.

Regula Falsi docet inuenire numerum igno-  
tum per duos notos numeros. Appellatur autem  
Falsi, quia tradit rationem quomodo ex ignoto  
atq; adeo falso numero, uerum peruestigetur,  
nullum enim numerum cognitum præsupponit  
cuius adminiculo quæstio explicari posse, quem  
admodum in alijs Regulis fieri solet, sed tantum  
falsus numerus prebet occasionem querendæ ueræ  
proportionis, ex qua deinde propositus numerus  
uerus peruestigatur. Vnde quemadmodum Re-  
gula proportionum De tri dicta est, ita hæc dici  
potest Regula de bi .i. de binis numeris per quos  
inuenitur querendus.

## REGVLA.

Principio proposita quæstione querendus est  
nummerus qui conditiones in quæstione propositas  
recipere potest, deinde illum examina secundum  
conditiones in quæstione propositas, quod si pro-  
dibit numerus propositus in quæstione, tunc nu-  
merus quem hoc modo a casu recepisti est is quem

D iy      querc-

quærebas, neq; porro opus habes ulteriori labore.  
Si uero alias numerus prodierit, tum aut est mai-  
or, aut est minor numero in quæstione proposito.  
Si maior, signabis illum hac nota +. Si minor illa  
—.

Vt uolo scire quis sit numerus cuius pars  
tertia facit 10. Si pro primo numero suscipio  
50. illumq; iuxta ænigmatis conditiones examino.  
uidendo uidelicet quanta sit tertia pars de 50. et  
sunt 10. Ignotus itaq; hic numerus a casu factus  
est cognitus. Si autem pro primo numero aliud  
suscepere uidelicet 9. tunc pro tertia parte tan-  
tum habeo 3. ergo 9. non potest esse numerus  
quem quero. Ratio est, quia 3. non sunt 10. Vi-  
dendum est, quanta sit distanca a tribus ad 10.  
Et sunt 7. que sunt scribenda sub suscepto-  
mero ut

9

7

Deinde alium recipe (ut plurimum duplus  
ad priorem recipi solet) et sunt 18. cuius tertia  
pars sunt 6. itaq; nec ille est numerus quem que-  
rebam 6. enim non sunt 10. fallit autem in 4.  
pono itaq; Et hanc falsitatem sub suo falso nume-  
ro cum suis notis hoc modo.

$$\begin{array}{r} 9 \quad 18 \\ -7 \quad / \quad 4 \\ \hline 3 \end{array}$$

Multis

Multiplico per crucem, & productum minus subtraho a producto maiore, relictum deinde diuido per differentiam que est inter duas falsitates, ut inter 7. & 4. differentia est 3, per quem dividendo prius relictum, scilicet 90. & prouocant 30. numerus propositus, illius enim tertia pars sunt 10. 30. itaque est uerius numerus 10. autem est illius ueritas, sicut 9. est falsus numerus, & 7. illius falsitas minor ueritate.

Obseruandum etiam est an falsitates sint ueritate maiores uel minores. Si utraq; falsitas est aut ueritate minor aut maior, subtrahit unam ab alia sicut in exemplo uidisti. Si autem altera falsitas tantum esset ueritate minor et altera maior, tunc productum quod prouenit ex multiplicatione per crucem simul addit, illudque diuide per additas falsitates, Et ut hæc Regula aliquanto rectius intelligi possit, plurimis & varijs exemplis eam illustrabimus.

#### B E M P L A.

Volo inuenire numerum, cui si tertia pars addatur & producto quinta pars detrahatur, restant 48. Eligo numerum pro libito, & sunt 15. cui addo tertiam partem & sunt 20. ex quo numero detraho quintam partem scilicet 4: remanent

uent tantum 15. & debebant remanere 45. dif-  
ferentia est 32. signanda -- . signo, est itaq;  
15. falsus numerus. Sumo iam alium numerum,  
ut 30. cui addo tertiam partem 10, & sunt 40.  
ex hoc producto quinta parte dempta relinquin-  
tur 32. sed dabant esse 48, differentia est 16.  
signanda -- . Colloco ad Regulam hoc modo.

$$\begin{array}{r} 15 \\ \diagup \quad \diagdown \\ 32 \quad 16 \\ \diagdown \quad \diagup \\ 16 \end{array} \qquad \text{facit } 45.$$

### IDE M EXEMPLVM SED ALIA FORMA PROPOSITVM.

Quidam interrogat quot annos natus sit,  
respondet alter, si adderes ad annos etatis tuæ  
tertiam partem, & a producto quintam subtra-  
heres tum annos 48. natus essem, fac ut in priori  
exemplio, & responde illum natum esse annos 45.

### ALIVD EXEMPLVM.

Quidam mercator imponit summam pecu-  
nie ad societatem aliquam, cum qua tantum lu-  
cratur

eratur, quantum continet summæ impositæ pars  
tertia et quarta, atq; ait, lucru m̄cum tantū iam  
superat 100. aureos, quantū superabatur ab illis  
pecunia imposta. Quæritur iam quantum pe-  
cuniae imposuerit, uel etiam quantum lucratus sit.

Suppone primo quod Mercator imposuerit  
24. aureos, quære iam medium Arithmeticale  
inter 24. & 38. (38. enim constat ex 24. &  
partibus in questione positis) id est, adde 24. &  
38. & additi dimidium est medium quod quæreris,  
& sunt 31. sed debebat esse centum, itaq; fallit in  
62. Suppone secundo quod imposuerit 48.  
quere medium Arithmeticale ut prius, & erit 38.  
sed debebat esse centū, ideo fallit in 62. Colloca  
iam hos numeros ad Regulam & examina illos

13

secundum præcepta & prouenient 77 31 aureos  
rum.

$$\begin{array}{r} 24 \quad \cancel{48} \\ \cancel{69} \quad \cancel{38} \end{array}$$

31 diuisor.

#### ALIVD.

Interrogat quidam quota sit hora diei, re-  
spondet

spondet alter, si acceperis de horis præteritis a media nocte medietatem, de horis autem futuris ad sequentem medium noctem tres quartas, habebis quot horæ præterierint a media nocte.

Pono primum numerum horarum præteritarum a media nocte pro libito et sunt 4. que demo ex 24. horis que sunt ab una media nocte ad alteram, et habeo horas 20. que future sunt ad proximam medium noctem, accipe itaq; de quatuor horis præteritis medietatem et manent due, de futuris autem, hoc est, de 20. tres quartas, manent 15. haec partes simul iuncte ostendunt 17. horas præterisse a media nocte, sed tantum 4. posita sunt, fallit ergo in horis 13. Quero iam alium numerum et sunt 8. horæ præterite a media nocte, uerum horæ futuræ ad sequentem medium noctem erunt 16. media pars de 8. sunt 4. tres quartæ de 16. sunt 12. iuncte partes ostendunt horas præterisse a media nocte 16. posita autem sunt tantum 8. fallit ergo in 8. horis, pone iam ad Regulam



2

facit horas 14 &  $\frac{1}{3}$ .

### ALIVD.

Quidam emit aromata, & furto amittit  
tertiam partem, cumq; illa iterū uendit, de sorte  
quartam partem amittit retinet tamen s. floren.  
Queritur iam quantum pecunie pro aroma=  
tibus exposuerit. Pono primum numerum  
esse 12. a quo demo unam tertiam, & postea  
unam quartam & remanent 5. sed debebant esse  
octo, differentia itaq; est 3. signando hoc signo  
— . Sumo alium numerum maiorem ut 24.  
quem codem modo examino et remanent 10. ue=  
rum fallit in 2. hanc falsitatem signo + & po=  
no ad Regulam hoc modo.

Quia uero in hoc exemplo signa sunt dissi=  
milia, alterū signum maiore alterū minorem diffe=  
rentiā significat, itaq; hę differentię seu falsita=  
tes simul addende sunt & erunt 5. postea multi=  
plico per crucem & producta simul coniungo,  
postea uero diuido. Stabit itaq; præsens exem=  
plum hoc modo.

12 / 24  
6 / 2  
3.

facit 19. flo. &  $\frac{1}{5}$ .

### PROBA.

Operare per productum numerum secundum questionis prescripta, quod si prodierit positus numerus in questione, recte factum est.

### DE VARIATIONE EXEMPLORVM.

Variantur autem exempla diucri simode uel in speciem tantum, uel recipsa. In speciem, quando uerbis tantum mutatis idem prorsus proponitur numerus perquirendus. Recipsa uero, quando reuera ali.e atq; ali.e summae perquirende sunt, & non tantum est uerborum uerbum rei mutatio.

### EXEMPLA VARIATA SECUNDVM SPECIEM TANTVM.

Queria

Quæritur quot ulnas continet pannus, cuius tertia & quarta pars continent 140. ulnas.

$$\begin{array}{r} 12 \\ \times 24 \\ \hline 133 \\ - \\ 7 \\ \hline 126 \end{array}$$

facit 240. ulnas.

### ALITER.

Habeo lignum cuius tertia & quarta pars continent pedes 140. quot pedes continent tertia pars sola. Operare quemadmodum in priori exemplo, atq; per eosdem numeros, & proueniet prior summa, cuius tertia pars est 80.

### ALITER.

Tres diuidunt quandam summam cuius ter-  
tiam partem Primus recipit, Secundus uero sum-  
mae quartam partem. Tertius uero residuum su-  
mit, hoc est, 100. aureos. quæritur quantum duo  
priores receperint. facit 80. & 20.

Tota enim summa est 240.

### ALITER.

Tres

Tres diuidunt quandam summam, Primus recipit partem summæ tertiam. Secundus quartam summæ partem. Tertius uero residuum. Primus & Secundus addunt summas suas, & habent 180. quæritur quantum quisq; receperit.

$$\begin{array}{r} 12 \quad 24 \\ \cancel{171} \quad \cancel{162} \\ \hline 9 \end{array}$$

Facit summam priorem scilicet 240. cuius  
recipe partem tertiam pro primo &c.

#### ALITER.

Tres diuidant summam, Primus recipit tertiam partem. Secundus quartam partem. Tertius residuum. Numerant autem secundus ex tertius summas suas & inueniunt 160. Quæratur iam quantum quisq; receperit.

$$\begin{array}{r} 12 \quad 24 \\ \cancel{152} \quad \cancel{144} \\ \hline 8 \end{array}$$

Facit priorem summam scilicet 240. cuius  
recipe partes &c.

### ALITER.

Tres diuidunt summam, Primus recipit tertiam partem. Secundus quartam. Tertius residuum. Numerant primus & secundus summam suam & inueniunt  $14^o$ . facit ut prius.

Idem exemplum adhuc multis alijs modis uariari potest. Sed satis sit hæc indicare tantum, ut discant studiosi quomodo etiam alia exempla uarianda atq; ad usum accommodanda sint.

### EXEMPLA VARIATA SECVNDVM REM.

Quæratur numerus a cuius parte quarta  $100$ , subtracta, residui pars tertia  $100$ , efficiat.

$$\begin{array}{r} 412 \quad \cancel{424} \\ - 99 \quad \cancel{98} \\ \hline 1 \end{array} \quad \text{facit } 1600.$$

Quæratur numerus cuius quarta pars subtrahita a tertia relinquat  $100$ .

$$\begin{array}{r} 12 \quad \cancel{24} \\ - 99 \quad \cancel{98} \\ \hline 1 \end{array} \quad \text{facit } 1200.$$

Quæsa

Queratur numerus ad cuius partem quartam si 100. addidero, producti pars tertia facit 100. Recipe 2. additis enim 100. fit numerus habens tertiam partem, pone ergo quadruplum ad duo, hoc modo.

$$\begin{array}{r} 5 \quad \cancel{20} \\ - 66 \quad \cancel{65} \\ \hline 1 \end{array} \quad \text{facit } 800.$$

Item queratur aliis numerus ad cuius partem tertiam si 100. addidero, producti pars quarta facit 100.

$$\begin{array}{r} 12 \quad \cancel{24} \\ - 74 \quad \cancel{75} \\ \hline 1 \end{array} \quad \text{facit } 900.$$

Queratur aliis a cuius parte tertia si 100. substraxero, residui pars quarta 100. manebit. Hoc est, recipe talem numerum cuius tertia pars subtracta relinquat numerum habentem quartam, hoc est, recipe 4. adde 100. erunt 104. multiplicata per tria erunt 312.

$$\begin{array}{r} 312 \quad \cancel{324} \\ - 99 \quad \cancel{98} \\ \hline 1 \end{array} \quad \text{facit } 1500.$$

Queratur

Queratur numerus cuius partes tertia &  
quarta additæ toti, efficiant 100.

$$\begin{array}{r} 12 \quad 24 \\ \diagdown \quad \diagup \\ 81 \quad 62 \\ - \quad - \\ 19 \end{array} \quad \text{facit } 63 \frac{3}{19}$$

Queratur numerus cuius partes tertia &  
quarta subtractæ a toto relinquunt 100.

$$\begin{array}{r} 12 \quad 24 \\ \diagup \quad \diagdown \\ 95 \quad 90 \\ - \quad - \\ 5 \end{array} \quad \text{facit } 240.$$

Queratur numerus cuius partes tertia &  
quarta subtractæ a toto, relinquant residuum  
tantum minus 100. quantum totum maius est  
aut excedit 100.

$$\begin{array}{r} 24 \quad 48 \\ \diagup \quad \diagdown \\ 69 \quad 38 \\ - \quad - \\ 19 \end{array} \quad \text{facit } 77 \frac{13}{31}$$

Queratur numerus cuius partes tertia &  
quarta tantum deficiant a 100. quantum totus  
superat 100.

$$\begin{array}{r} 24 \diagup 48 \\ 81 \diagup 62 \\ \hline 19 \end{array} \quad \text{facit } 126 \frac{6}{19}$$

Queratur numerus cuius tertia pars tantum superat 100. quantum pars quarta superatur a centum.

$$\begin{array}{r} 24 \diagup 48 \\ 93 \diagup 86 \\ \hline 7 \end{array} \quad \text{facit } 542 \frac{6}{7}$$


Tametsi autem hæc exempla cundem numerum proponere videantur, tamen reuera sunt diuersissima. Possunt itaq; eodem exemplo infinita alia proponi, hæc autem sufficient, in his enim magnam exercendi occasionem habent adolescentes, singula enim horum diuersimode alia etq; alia forma proponi possunt.

### EXEMPLVM.

Sunt duo pocula et unum operculum, quod si superponatur operculum primo poculo, erit illud quadruplum ad secundum. Superpositum vero secundo erit tripulum ad primum. Continet autem

Autem operculum 15. uncias, queritur iam quot  
uncias utrumque poculum continet

Operare hoc modo per Regulam, Pono quod  
primum continet 12. uncias, addo operculum et  
erunt 28. unciae, quia uero primum est quadrus  
plum ad secundum, ergo secundum habebit 7. un-  
cias addo operculum et erunt 25. sed debebant  
esse ter 12. hoc est, 36. ergo inuentus numerus mi-  
nor est 15. Sumo alium numerum ut 8. illumique  
codem modo examino et relinquuntur 2. pono  
ad Regulam.



Iam dico continere primum poculum 7. un-  
cias et  $\frac{5}{11}$ . codem modo examino secundum po-  
culum uel secundum Regulam, uel secundum pro-  
portionem ad primū et habebit 5. uncias et  $\frac{2}{11}$ .

#### ALIVD EXEMPLVM.

Tres in una societate conueniunt et primus  
E ij accipit

accipit medietatem lucri. Secundus tertiam partem. Tertius uero quartam partem, atq; haec partes collectae faciunt 50. flo. Quæritur iam quantum sint lucrati

Quære aliquem numerum qui omnes has partes continet, & sint 36. medietas enim est 18. tercia pars 12. quarta uero 9. has partes simul coniunge & erunt 39. minus summa proposita 11. Accipio alium numerum iisdem conditionibus ut sunt 48. qui examinatus continet plus duobus, posso ad Regulam.

$$\begin{array}{r} 36 \\ - 11 \\ \hline 25 \end{array} \quad \begin{array}{r} 48 \\ - 13 \\ \hline 35 \end{array}$$

2  
facit 46. flo. & 13. Summa lucri.

ALIVD.

Quatuor fratres uolunt inter se diuidere 3. florenos in proportionem quintupla, hoc modo ut secundus quinquies plus recipiat quam primus, tertius quinquies plus quam secundus, quartus quinque


quies plus quam tertius. Ita tamen ut ex additione harum partium quas fratres hoc modo facta diuisione recipiunt, precise iterum proueniant s. flo.

Collocetur ad Regulam quemadmodum in superiori exemplo factum est & Primus habebit

$\frac{3}{156}$  flo. Secundus  $\frac{15}{156}$ . Tertius  $\frac{75}{156}$ . Quartus  
 $\frac{375}{156}$ . hoc est, 2. flo. &  $\frac{63}{156}$ .

#### ALIVD.

Quinq; offerunt ad altare munus suum, quantum autem Primus dederit ignoratur. Secundus autem dedit duplum primi. Tertius dimidium primi. Quartus dimidium secundi. Quintus quartam partem secundi. Parrochus numerata pecunia inuenit 30. denarios. Quæritur quantum singuli obtulerint. Collocetur exemplū hoc modo.



facit primo 6. de . Secundo 12. Tertio 3. Quar  
to 6. Quinto 3. denarios.

A E N I G M A.

Proponit aliquis in coniuio, se uelle perue-  
stigare quis ex coniuuis habeat annulum, & qua  
manu ex articulo illum habeat. In primis autem  
constitue aliquam certam ex coniuuis personam  
a qua ordiri uelis, semper uersus dextram nume-  
rando, præterea Pollex dextrae manus debet esse  
primus digitus, & Pollex sinistræ decimus. præ-  
terea articulus ungui proximus sit semper pri-  
mus &c.

Principio itaq; iube illum quem numeri ini-  
cium constituisti ut personarum numerum duplet,  
duplato addat 5. hanc summan per 5. multiplicet  
et numerum digiti quo annulus continetur addat,  
productum iterū per 10. multiplicet, cui addat  
numerum articuli. Ab hac summa subtrahat 250  
residuum personam, digitum & articulum ostendit  
hoc modo, prima figura uersus dextram signifi-  
cat articulū, Secunda figura significat digitum  
ut si sunt 5. ostendit minimū sinistræ manus. Tercia  
figura significat personam incipiendo ab isto  
quem inicium numeri principio constituisti, quod  
si in secunda figura fuerit 0. significat 10. digitū,  
unitatem tamē debes a sequenti figura subtrahere.

# QVARTA

PARS.

DE PROPORTIONIBVS EX  
ELEMENTIS EVCLIDIS  
PER IOANNEM VO\*  
GELIN.

Proportio, est duarum quantitatum eiusdem generis, inter se habitudo.

Proportio est duplex, Rationalis & Irrationalis.

Proportio rationalis est, quae denominatur ab aliquo numero et est inter quantitates commensurabiles.

Proportio Irrationalis, est quae non denominatur ab aliquo numero, et est inter quantitates incommensurabiles, ut inter costam & diametrum quadrati, que asymmetricae sunt.

Proportio Rationalis est duplex, aequalitatis & inaequalitatis.

Proportio aequalitatis, est quando aequalis ad aequalis comparatur, 4. ad 4.

Propositio in aequalitatis, est qua inaequalia inter se conseruntur, ut 5. ad 4.

E iiiij Propor-

Proportio inæqualitatis est duplex, maioris inæqualitatis, & minoris.

Proportio maioris inæqualitatis, est quando maior quantitas comparatur ad minorem, ut 4. ad 2.

Huius quinque sunt species. Multiplex, superparticularis, superpartiens, Multiplex superparticularis, Multiplex superpartiens.

Multiplex est, quando maior continet minorem plus quam semel, ut 12. ad 3. Hæc crescit in infinitum. Nam alia est dupla, alia tripla &c.

Superparticularis est, quando maior continet minorem, & insuper aliquam eius partem. Et hæc decrescit in infinitum. Sunt eius species, sesquialtera quando maior continet minorem, & minoris dimidium. Quod si ultra summam minoris maior continet eius tertiam partem, uocatur sesquitertia.

Superpartiens est, quando maior continet minorem & aliquot eius partes, Quod si continet duas tertias, uocatur superbipartiens tertias, ut 5. 3. Sitres quartas, supertripartiens quartas, ut 7. 4.

Multiplex superparticularis est, quando maior continet minorem, plus quam semel, & insuper

insuper aliquam eius partem. Quod si continet cum bis & eius dimidium, dupla sesquialtera uocatur, ut 5. 2. Si ter & tertiam partem, tripla sesquitertia, ut 10. 3.

Multiplex superpartiens est, quando maior continet minorem plus quam semel, & aliquot præterea partes. Quod si continet cum bis, & duas tertias, uocatur dupla superbipartiens tertias, ut 8. 3. Si ter & tres quartas, tripla superbipartiens quartas, ut 15. 4.

Proportio minoris inæqualitatis est, quando minor quantitas comparatur ad maiorem, ut 2. ad 4. Et eius tot sunt species, quot maioris inæqualitatis, neq; differunt ab illis nomine, nisi quod uocabulis proportionum maioris inæqualitatis additur prepositio sub, ut sub multiplex 2. 4. Subsuperparticularis, 2. 3. &c.

Denominatio proportionis, minoris quantitatis ad maiorem est pars uel partes, ut denominatio proportionis inter 3. & 5. est 3. & inter

2. 4.  $\frac{1}{2}$  5

Denominatio proportionis, quantitatis majoris ad minorem est totum, uel totum et pars, uel totum & partes ut denominatio proportionis. 4. ad 3. est 1. 2

3

E p

Termini

Termini proportionis, sunt minimi numeri  
in aliqua proportione, ut proportionis sesquialte-  
ræ termini sunt. 3. 2. quibus minores in hac pro-  
portione reperiri non possunt.

## PROPOSITIO PRIMA.

Numeros datæ proportionis ad terminos  
eius reducere.

Dividatur maior numerus per minorem, &  
minor per residuum divisionis prioris, & residu-  
um prime divisionis per residuum secundæ di-  
visionis, fiatq; talis reciproca divisio, donec occur-  
rat aliquis numerus, qui dividendum totum con-  
sumat. Deinde per hunc numerum ultimo occur-  
rentem, diuide utrosq; numeros proportionis da-  
tæ, qui ex eunt sunt minimi numeri, hoc est, ter-  
mini eius proportionis. Ut numeri proportionis  
que est inter 30. & 18. sic rediguntur ad termi-  
nos proportionis. Triginta dividantur per 18. &  
relinquentur 12. per quæ dividantur 18. & re-  
linquentur 6. per quæ rursus dividantur 12. &  
consumentur, Per hunc ergo senarium dividan-  
tur numeri dicti scilicet 30. et 18. exhibuntq; 5. 3.  
termini scilicet proportionis datorum numero-  
rum.

Hic

Hic animaduertendum, quod si in tali reciproca divisione ad unitatem perueniretur, ipsos datos numeros esse terminos neque posse minores reperiri.

## SECUNDA PROPOSTIO.

Cuiuscunq; proportionis datae denominacionem inuocare.

Si proportio data fuerit maioris inaequalitatis, diuide maiorem numerum per minorem, et numerus qui exit, denominatio est proportionis datae. Si uero proportio data fuerit minoris inaequalitatis, superpone minorem maiori interiecta uirgula, more minutiarum uulgarium, et habebis denominationem, reducendi tamen sunt numeri ad terminos per precedentem, sicubi opus fuerit.

## TERTIA PROPOSITIO.

Si unus numerus duos multiplicet, erit multiplicatorum et productorum una proportio.

Vt 3. et 2. multiplicentur scenario, et provenient 18. et 12. eandem custodientes proportionem quam 3. et 2. Similiter ediuerso, si unus numerus,

numeris, duos diuidendo utruq; consumat, erit  
diuisorum & quotientum una proportio, ut 6.  
consumit 18. & 12. excent quotientes 5. & 2. in  
eadem proportione.

### Q<sub>V</sub>ARTA PROPOSITIO.

Proportionem proportioni addere.

Multiplicantur antecedentes proportionum  
datarum in se, & deinde consequentes in se, pro-  
ducti numeri custodient proportionem compositam  
ex duabus datis, ut proportio 3. ad 2. sit addenda  
proportioni 4. ad 3. Multiplico primo 3. & 4.  
antecedentes in se & proueniunt 12. deinde 2.  
& 3. id est, consequentes in se, & proueniunt 6.  
Inter 12. igitur & 6. est proportio composita ex  
duabus datis proportionibus, scilicet 3. ad 2. et 4. ad 3.  
Nam multiplicetur antecedens unius proportionis  
in consequentem alterius, ut 3. in 3. proueniunt 9.  
qui statuantur inter 12. & 6. hoc modo 1211.

In his itaq; tribus numeris uides dictas duas  
proportiones. Nam 12. ad 9. est proportio, sicut  
4. ad 3. & 9. ad 6. sicut 3. ad 2. quod patet re-  
ducendo eos ad terminos per primam huius

### Q<sub>V</sub>INTA PROPOSITIO.

Proprio-

Proportionem à proportione subtrahere

Antecedens maioris proportionis multiplicetur in consequentem minoris, deinque consequens maioris in antecedentem minoris, duo numeri producti, custodient proportionem residuam, ut 4. ad 3. proportio sit subtrahenda à proportione 3. ad 2. facio ergo ut dictum est, et relinquitur proportio 9. ad 8. Nam multiplicetur antecedens maioris in antecedentem minoris, et productum status ante dictos numeros hoc modo 12. 9. 8. Nonne 12. ad 8. proportio est sicut 3. ad 2. à qua si abieceris proportionem 12. ad 9. id est, 4. ad 3. relinquitur proportio 9. ad 8.

## SEXTA PROPOSITIO.

Quotlibet proportiones ciudem denominati  
onis continuare.

Querantur per primam, datæ proportionis termini. Et pro duabus continuandis, ducatur antecedens datæ proportionis primo in se, deinque in consequentem, postremo consequens in se, tres numeri producti duas custodiunt proportiones similes datæ. Verbi gratia. Sint duæ sesquialteræ continuandæ. Proportionis sesquialteræ termini sunt 3 et 2. Multiplico igitur 3 in se, deinque in

<sup>2</sup> Postre

2. Postremo 2. in se, & nascuntur numeri. 9. 6. 4  
custodientes duas sesquialteras. Si tres sesquial-  
teræ fuerint continuandæ , ducatur maior termi-  
norum in tres modo inuentos , & minor terminus  
in ultimum , & exorientur à numeri tres sesquial-  
teras seruantes , ut 3 multiplicati in 9, 6, 4. gene-  
rant 27. 18. 12 . & binarius in 4. ductus procreat  
8. sicq; sunt producēti quatuor numeri 27. 18. 12. 8.  
custodientes tres sesquialteras. Si quatuor sequial-  
teras continuare placuerit, ducatur maior ter-  
minus in quatuor iam nunc inuentos , & minor ter-  
minus in postremum, & habebis quinq; numeros,  
quatuor sesquialteras continuatas retinentes , ut  
81. 54. 36. 24. 16.

IMPRESSVM VITEBERGAE  
PER IOSEPHVM CLVG.

ANNO M. D. XXXIII.

